



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

2. Intra quod tempus & coram quo peti debeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

causa, vel etiam ob aliam, l. 1. § 2. C. Ex quibus causis majores &c. l. Nae non D. eod. tit. ut iustitiam rotis, l. 2. D. eod. vel iustitiam ignorantia; de quibus late Sfort. Oddus 1 p. q. 8 per tot. juxta illam Prætoris generalem clausulam, Si qua alia iusta causa mihi videbitur, in integrum restituum, l. 1. D. Ex quibus causis majores, &c. Ad quam clausulam toties recurrendum erit, quoties æquitas suggeret, l. Sed et si § fin. D. d. t.

Sed & majoribus competit de gestis in minore ætate, intra quadriennium ab ingressu ætatis majoris, l. ult. C. De temporib. in integrum restitut.

## § II.

Intra quod tempus, & coram quo peti restitutio debeat.

1. Peti debet intra quadriennium continuum à tempore laesionis.
2. Coram iudice rei.
3. Adversus sententiam inferioris vel qui aequalis sit jurisdictionis.

**P**eti & peragi restitutio in integrum debet intra quadriennium continuum à tempore seu dielætionis, c. 1. § 2. eod. in 6. Idque cognita causa, ob quam petitur, & præsentè adversario, ut causas restitutionis allegari ab impetrante audiat, d. c. Ex litteris l. 3. D. eod. quia quod quem tangit, peragi non potest, nisi is ejus sit certior factus, c. Quod omnes De R. l. n. 6. aut per contumaciam ablit, l. In causa 13. in princ. versie. causa D. De minorib. Si tamen aut prævaricationis aut fraudis manifestè probetur intervenisse commentum, aut alia iusta causa subsit, poterit Juxta tempus hoc quadriennii in danda restitutione excedere, d. c. 1. § 2. eod. in 6. Proponitur autem hæc petitio, non jure actionis sed implorato iudicis officio, l. Quod si minor 24. §. ult. D. eod. & est communis.

2. Peti verò restitutio debet coram Iudice rei contra quem petitur, d. l. In causa 13. §. fin. cum l. seq. c. Causa h. t. quia actor sequi debet forum rei. Oportet tamen hunc Iudicem habere administrationem jurisdictioni suæ conjunctam; vel esse delegatum ab eo ad universitatem causarum, qualis est Officialis Episcopi vel specialiter ad hoc iudicium exercendum: nam Ordinarius, qui administrationem non habet, sed tantum judicandi facultatem, & delegatus ab eo, de

causa restitutionis cognoscere non potest, ut nec arbitrarè compromissarius; nisi coram eis mota incidenter fuerit causa V. G. Si Juxta sententia sua interlocutoria alterum læserit, restituere potest adversus hanc suam sententiam d. c. Causa h. t. l. fin. Cod. ubi & apud quem & c. l. Quæstio c. De iudicio Sfort. 1. p. q. 31. art. 6. & seq. At verò delegatus à summo Pont. etiam ad unam aliquam causam, quia multò pinguius habet, quam delegatus ab Ordinario, ut dictum est sup. De officio & potest. iud. deleg. restituere indistinctè potest.

3. Minor magistratus adversus sententiam majoris non restituit, l. Minor 18. in princ. D. de minorib. Adversus sententiam definitivam ipsius Principis, vel Procuratoris, vel Vicarii, aut delegati illius, solus restituit Princeps, d. l. Minor, l. 3. C. Si adversus rem judicatam &c. Sfort. 1. p. q. 51. art. 3. n. 33.

Potè Juxta in concedenda restitutione in integrum adversus contractum, n. eto jure validum, prospicere debet, ne is, adversus quem restitutionem concedit, fraudetur pretio vel sumptibus seu melioramentis necessariis & utilibus, quæ fecit, c. 1. h. t.

## § III.

Effectus restitutionis in integrum.

1. Pendente restitutione nihil innovandum.
2. Ea obtenta redintegratur pristinum jus.
3. Transit eadem in heredem, non in suæ iussorem.

**E**ffectus restitutionis in integrum pro subiecta materia varius est. In primis pendente restitutionis iudicio regulariter nihil est innovandum ab una vel altera parte, sed omnia in statu suo manere debent, donec res finita sit, l. unica Cod. restitut. in integr. postulata ne quidem novi fiat: nisi contra eum, qui petit restitui in integrum militèr vehementer præsumptio malitiæ, quod scilicet causa differendi & protrahendi executionem sententiæ hoc perat; quia hoc casu sit executio, præstita idonea cautione de restituendo, quod medio tempore, occasione sententiæ, percipiet adversarius, si petens restitutionem prævaluerit, c. Suscitata h. t.

2. Obtentæ verò restitutionis effectus est, quod, data restitutione adversus sententiam, et integro agi debeat, adversus contractum vero vel alium actum, res retractetur, & in pristinum statum reponatur.